



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter Religioso prohibitum est esse actorem, vel reum in iudicio. §. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

anno 1621. quarum tenorem refert Barbosa *alleg.* 106. *in fine*  
à n. 53. quibus caeteris nullum alium conseruatorum eligi  
possit à Regularibus, nisi qui qualitates habeat *in dicto cap.*  
*statuum* praescribas, designatusque index sit in Synodo Pro-  
vinciali, vel diocesana. Et ob hanc causam querente Archie-  
piscopo Turriano; an regulares vnius Conuentus, monaste-  
rij, vel domus aliquem Priorem, seu Guardianum, vel quam-  
uis alius dignitate regulari fulgentem in suum conseruatorum eligeat, vel depature possint? Sacra Cardinalium Congregatio respondit 6. Octob. anno 1617. non posse, teste  
Barboli. *alleg.* 102. *num. 15.*

## §. II.

Qualiter Religioso prohibitum est esse actorem,  
reum in iudicio.

## S V M M A R I V M.

1. *In causis ciuilibus nullus Religiosus esse potest nomine pro-  
prio actor, vel reum in iudicio.*
2. *In causis criminalibus intentare actionem Religiosus non  
potest, nisi de licentia falso presumpta superiori.*
3. *Pro iniuria monacho facta non competit eius patri, aut filii  
actio iniuriarum.*
4. *Expenduntur varia limitationes dicta regule.*
5. *Quoties permittitur Religioso agere, potest procuratorem  
eliger.*
6. *In supradictis casibus debet monasterium expensas suppedita-  
re si non habeat Religiosus peculium.*
7. *Item superiori accusato, vel denunciato expensa admini-  
stranda sunt.*
8. *Idem est cum superior inquirit de defectibus subditorum.*

**R**egula certissima est, nullum Religiosum esse posse  
actorem, vel reum iudicio in causis ciuilibus. Quia  
cum omnia sua bona, iura, & actiones in monasterio trans-  
stulerit, non ipse, sed monasterium petre, vel respondere debet. Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *numer.* 64. Sanch. *lib.* 6.  
*summ.* *cap.* 12. *num.* 1. Layman. *lib.* 4. *summ.* *tract.* 5. *cap.* 11. *ini-  
tio*, & omnes Doctores *e.cum delicta*, *de re script.* & *authent.*  
*causa qua sit cum monacho.* Cod. *de Episcop.* & *cleric.* Quod  
adeo verum est, ut etiam de contractu in facultate in-  
conuenire, nec conueniri possit; quia ipse nihil haberet, sed  
monasterium, vel illius Procurator conuenire, & conuenisi  
debet; non tamen conuenienter est ultra bona à monacho  
accepta. Sic Felin. cum Layman de sentent. & re iudica-  
ta. Gregor. Lopez *leg. regia.* 10. *tir.* 2. *part.* 1. Nauarr. *comm.* 2. *de  
Regularib.* *numer.* 67. Azor. *tom. 1. in istis moral.* *lib.* 11. *c. 11. q. 12.*  
Ex contractu tamen post professionem initio absque superio-  
ris licentia monasterium conueniri non potest, nisi quatenus  
inde locupletius factum fuerit, ut bene aduerit Sanchez  
*lib.* 6. *summ.* *cap.* 12. *num.* 2. Quia sibi imputare debet qui cum  
incapaci contraxit.

2. In causis vero criminalibus intentare Religiosus actio-  
nem non potest, nisi de licentia falso presumpta sui superio-  
ris, que confitetur concessa superiori abiente, nec procura-  
torem relinquent. Sic Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 29.*  
& 64. Gregor. Lopez *leg. 10. tit.* 2. *part.* 6. Zabellos *qua-  
rum.* *quaest.* 446. *numer.* 14. Sanchez *alii relat.* *cap.* 12. *n. 5.*  
Ratio est manifesta; quia monachus sui iuris non est, sed Re-  
ligiosus; ac proinde non ipse, sed Religio actionem iniuria-  
rum intentare debet, iuxta *leg. lib. 6. sum. 8. ait praeior. de  
iniuria.* Quapropter remissio iniurie monacho facta, non  
monacho, sed Religiosi competet, eamque facere potest  
etiam monacho initio, ut bene probat Nauarr. *dicto comm.*  
2. *de Regularib.* *numer.* 64. Sanch. *dicto cap.* 12. *à numer.* 6. Verum  
si monachus deliquerit, non Religio, sed ipse conueniendus  
est; quia ex delicto monachus non obligatur Religio; sicut  
nec dominus ex delicto ferri, *leg. penit.* *Cod. de noxalib.* &  
tradit Felin. *cap. cum Layman.* à n. 10. *de sentent.* & *re iudic.*  
Sanchez *cap.* 12. *n. 3.*

3. Ex his deducitur monacho vulnerato, vel interfecto non  
eius patri, aut filius in facultate relictis, sed monasterio actione-  
m iniuriarum competere. Quia non ipsi à quibus per pro-  
fessionem separatis erat, sed monasterio, cui erat vniuersus &  
in corporibus, factio facta est. Sic Tapa auth. *ingressi*, *de Sacro-  
Eccles.* *t. 13. n. 46.* Farinac. *praxi t. 1. qu. 13. n. 26.* Manual. *tom.* 2.  
*quaest. regular.* *quaest.* 42. *art.* 3. Sanch. *lib.* 6. *summ.* *cap.* 12.  
*num.* 40. *cum precedenti*, ob candom rationem, si monachus  
pater, vel filius in facultate vulnerari, interfectio facta, non  
monacho, nec ratione illius monasterio actione iniuria-  
rum competit; quia cum monachus tanquam mortuus repu-  
teretur, non ipsi caeleretur iniuria facta, cuius actionem monas-  
terium intentare possit. Farinac. *quaest.* 1. *num.* 26. Quod si  
hac vulneratio; vel interfectio patris vel filij ante professio-  
nem monachi configit, cum monacho tunc competit actio

Ferd. à Castro *Sum. Mor.* *Part.* III.

iniuriarum, non est dubium monasterio succedenti in reliqua  
monachi bona eam actionem competrere, sicuti bene notauit  
Sanch. *dicto cap.* 12. *n. 38.*

4. Aliquas tamen exceptions praedicta regula patitur,  
quibus Religiosus, actor, & reus esse potest tam in ciuilibus,  
quam in criminalibus abique sui Praefati licentia: ex licentia  
tamen à iure concepsa. Primo si Religiosus beneficium habeat  
saltum manuale, quia eo tempore liberam habet beneficij ad-  
ministrationem, & sui iuris esse reparatur; Ac proinde tam  
in ciuilibus, tamen in criminalibus conuenire, & conueni potest  
test, vii docer alii relat Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 64.*  
Sanch. *cap.* 12. *n. 17.* Layman. *cap.* 11. *n. 1.* Secundo si ex licentia  
Praefati sit in studio litterarum, vel in alio negotio, agret,  
conueni potest pro contractibus occasione studij, vel negotij  
celebratur. Itemque pro iniuria eo tempore accepta. Ta-  
citur enim Praefatus ad hæc omnia virtute necessarii conse-  
quens licentiam concessit, cum Religiosum extra monas-  
terium & à se absente stare permitti: Sic Nauarr. *comm.* 2. *de  
Regularib.* *n. 29.* & 65. Azor. 1. *part. in istis moral.* *lib.* 12. *cap.* 11.  
*q. 9.* Sanch. *lib.* 6. *c. 12. n. 14.* Tertio si superior absens sit, pra-  
famque Religiosus licentiam conceperit, potest agere, &  
respondere; quia iam agit, & respondeat ex presumpta licen-  
tia Nauarr. Azor. Sanch. Layman *supr.* Quartò agere potest  
pro conseruacione iuris sibi ex professione competentis, que-  
le esse non in iusti Religione expellatur, neve alimenta com-  
munia degenerat, neve praemineatur ferendi suffragium,  
sedendi in choro, & similes auferantur, ne beneficio saeculari,  
perpetuo, immo nec manuali ex vindicta, malove animo po-  
litetur. Quia horum defensio iure naturali est concessa, cui Re-  
ligiosus non confitetur per professionem renunciare; præcipue  
cum hæc defensio sit aduersus Praefatum iniuriarum infer-  
tem, à quo si percedat effici venia, indefensus Religiosus in-  
aneret; quippe licentiam Praefatus non concederet, ne factum  
eius emendaretur: Sic Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 64.*  
Azor. *tom. 1. in istis moral.* *lib.* 12. *c. 11. q. 9.* Sanch. *lib.* 6. *c. 12. n. 16.*  
Quintò ob candom rationem, si intentando effici lis circa  
professionis valorem, potest agere abique licentia Abbatis, cum  
aduersus illum pro iure libertatis in hac causa procedat.  
Sanch. *c. 12. n. 4.* Sexto acculata potest Abbatem ob delictum  
commisum, si expedite iudicetur; quia in ea accusatione  
utilitatem monasterij gerit, cui maximè interest probum ha-  
bere Praefatum: habetur expresse *cap. ex parte de accusationib.*  
neque ad hanc accusationem indigne licentia, vel venia Abba-  
tis acculata. Tum quia à iure hæc licentia conceditur *dicto  
ex parte.* Tum quia non expediebat eam licentiam ab accu-  
lante petere, à quo non erat concedenda. Sic Sanch. *dicto lib.* 6.  
*c. 12. n. 18.* & 19. Layman. *lib.* 4. *summ.* *tract.* 5. *c. 11. n. 1.* Alium au-  
tem præter Abbatem nequit Religiosus acculare, vt traditur  
*dicto cap. ex parte de accusationib.* nisi licentia superioris, &  
utilitas monasterij accedit, ita enim conditionibus positis  
utique acculata potest: Sic Glossa *dicto cap. ex parte*, & ibi  
Abbas *numer.* 6. Felin. *n. 2.* Hofiens. *numer.* 1. Farinac. *praxi t. 1.  
de accusat.* *q. 3. num.* 24. Sanchez *cap.* 12. *num.* 19. 27. & se-  
quent. Idem quod dictum est de accusatione, dicendum est  
de denunciatione judiciali, quia hæc accusationem imita-  
tur, secus de denunciatione fraterna, & charitativa tenden-  
te ad solam fratris correctionem, quam quilibet Religiosus  
de quoque alio facere potest iuxta præceptum Christi,  
Matth. 18. Si te non audierit, dic Ecclesiæ, sic Giosa, Felin, &  
Sanchez locis allegatis.

5. Aduertere tamen debet, posse Religiosum eligere Procu-  
ratorum, vt in iudicio compareat abique villa Abbatis licen-  
tia, quibus abique illa ipse vel agendo, vel se defendendo iudic-  
tio facere potest. Quia quod potest præstat per seipsum, &  
fortiori poterit per alium. Sic Glossa Clement. Religiosus de  
Procuratoribus verbo *confidere*, Nauarr. *com.* 2. *numer.* 27. *de  
Regularib.* Sanch. plures referens *lib.* 6. *cap.* 12. *numer.* 32. vbi  
opinim adductum in hoc capu formandum est libellum nomine  
Religiosi, & in eius personam sententia condemnatoria  
publicanda, si forte Religiosus condemnandus esset. Idemque  
est in 4. & 5. cap.

6. Sed inquires; an monasterium debeat expensas ad lites  
in predictis causibus Religiosos suppeditare? Respondere de-  
bere, si Religiosus peculium non habeat. Et quidem quando  
acculat Abbatem, vel ex licentia illius aliquem fratrem, cuius  
accusatio in monasterio utilitatem cedit, ferre omnes Docto-  
res affirmant expensas à monasterio ministrandas esse; quia  
eius negotium geritur: Sic Glossa *dicto cap. ex parte de accu-  
sationib.* *in fine*, Abbas *n. 9.* Felin. *n. 4.* Hentiquez. *n. 6.* Sanchez *cap.* 12. *n. 10.* Layman. *cap.* 11. *n. 1.* At quando propriam  
causam defendit, non sic apud Doctores receptum est. Nihil  
ominus tamen vi probabilis est tenendum esse expensas à  
monasterio concedendas; tum ne Religiosus indefensus ma-  
neat, tamen quia in monasterio utilitatem cedit saltem indire-  
cte, ne Religiosum coactum habeat, neve eius iusta laesa, &  
irreparata. Tum denique quia iniurias effici facultas se defen-  
dendi, si media quibus se defendere potest, non suppeditantur;

V colligitur

colligitur ex Glossa d.c. ex parte accusat. in fine, ex ratione ibi tradita. Ioann. Andr. ibi, Abbate n. 9. Felino n. 4. & aliis.

Dixi si Religiosus peculium non habeat; nam eo habito aquam non est à monasterio expensas licet petere maximè si propriam causam sequatur quia eo fine peculium conceditur, ut Religiosus ex illo fibi necessaria ad causum occurrentes prouideat; & monasterij bonis parcat; Sic Abbas dicit cap. ex parte n. 9. Felin. n. 4. Sicut de alimento. i.e. q. 121. n. 1. Sanch. lib. 6. c. 12 numer. 21.

7. Superiori autem accusato, vel denunciato, nisi peculium habeat expensas à monasterio ministrandæ sunt: sicuti Religiosus accusanti; quia in ea defensione rei monasterij gerit, cuius non leuite intentus suum caput conferuare indemne, & illius gubernatione non priuari absque causa. Glossa dicit cap. ex parte verbo alio, Abbas ibi n. 15. Ioan. Andr. n. 8. Anton. n. 9. Surd. de alimento. t. 1. que. 127. n. 1. Sanch. aliis relatis cap. 12. n. 24.

8. Cum vero superior de defectibus sui Religiosi inquirit, tam ipsi superiori inquieti, quam inquisito expensas necessarias à monasterio ministrandæ sunt, nisi aliunde habeat, quia superius ea Inquisitione non suum, sed monasterij negotium gerit, cui vtile est Religiosos delinquentes punire in aliorum exemplum. Subdit vero inquisito; ne ob inopiam expensarum ad se defendendum, & veritatem inuestigandam condemnetur iniustè, sic Felin. dicit cap. ex parte fine. Ancaran. n. 7. Sanchez dicit cap. 12. n. 25.

## §. III.

Quaratione Religioso prohibetur officium Aduocati, Procuratoris, Tabellionis, & Testis.

## S V M M A R I V M.

1. Officium Aduocati, & Procuratoris in iudicio interdicuntur non accedente licentia Prelati, & monasterij vilitate.
2. Qualicentia, & que vilitas requiratur.
3. Effe Procuratorem extra iudicium per se non est interdicatum.
4. Negre ad hac officia indigent Religiosi licentia.
5. Cuiuslibet causa patrocinium in iudicio prohibetur, sicut etiam aliqui contraria sentiantur.
6. Interdicuntur Religiosi procuratorem substituere.
7. Si Religiosus constitutus simplex nuncius ad constitendum procuratorem, licentia non indiget, effo contraria sentiat. Sanch.
8. Officium Tabellionis omnibus Religiosis est prohibitum: signare instrumenta, vel extendere sicut in protocollo sunt facienda scripta optime possunt.
9. Religiosus etiam Franciscanus esse potest testis in iudicio, & in causa sui conuentus.
10. Requiritur licentia Superioris, si depositio facienda est coram iudice non suo.
11. Extendunt aliqui, sed immorito necessitatem huius licentiae ad testimonium extra iudicium.

**M**anifestum est officium Aduocati, & Procuratoris in iudicio tam Ecclesiastico quam seculari Religiosus interdictum esse, nisi accedat licentia sui superioris, & vilitas monasterij: acceditur expresse cap. monach. dicit. 2. 16. que. 1. & cap. ex parte de postulando, & Clem. Religiosus de Procuratib. Ne his rebus forensibus immixti à suo fine, & instituto auocentur. Posita vero illa duplicitate conditione hoc inconveniens temperatur, & Religiosi ea officia exercere permittuntur, sicuti diximus de officio iudicis §. 1. Ab hac tamen regula excepti sunt fratres Minores, quibus ob nullam sui monasterij vilitatem permittrit aduocare, vel procurare in iudicio. Clement. exti. de verbis significat. post medium. Sanch. lib. 6. summa. c. 13. n. 11.

2. Licentia ad hac officia praestanda, sufficit tacita, vel presumpta, quia est verè licentia. Debet tamen esse à Superiori parente illam Concedere, Spectato iure communis tam generalis, quam Provincialis, & Conuentualis superior eam concedere potest. At in Societate Praeposito generali est hac potest referuata, vt latius §. Primo dixi: Vilitas vero, ut ibidem norauit, sufficit indirecta. Quapropter ex licentia superioris potest Aduocatus, vel Procurator constitui pro defensione cuiuslibet Religiosi sui Ordinis, etiam si ex alieno monasterio sit, quia endens vilitatis fatem indirecta tuae Religionis in eo negotio cernitur. Secus vero est pro defensione Religiosi alterius Ordinis, quia vilitas aliena Religionis, si in propria Religionis vilitatem non cedit, non praestat sufficientem cautam hæc officia affluendi. Sic expresse Immola Clement. Religiosus de Procuratibus numer. 8. Felin. capit. cum Layman. numer. 12.

de sentent. & re iudic. Fulvius Paccian. conf. 162. numer. 155. Sanch. lib. 6. sum. capit. 13. numer. 20. & 21. & colligunt manifestè ex supradicta Clem. Religiosus. Item pro defensione Episcopi, vel patroni tui monasterij, vel alcunis Dynaste poteris supradicta officia ex licencia superioris sufficiere: qui monasterio non leuen vilitatem conferit, si has personas gratas, & obligatas reddas, sic Felin. p. 2. Paulian. numer. 190. Sanch. numer. 22. Item pro defensione miserabilium perdonatur, nempe viduarum, paupillorum, Religiosorum, egenorum, &c. poeris haec magna ex licentia tui Prelati obire: quia harum personarum defenso, & patrocinium est insigne pietatis opus, ideoque non leuis reputatur vilitas tuae Religionis, & monasterij tam pio operi incumbere: sic Nauar. com. 2. de Regularibus numer. 66. Sayro clavi regia lib. 12. cap. 22. numer. 1. Sanchez plures referens dicit capit. 13. n. 23. Item pro defensione alicuius causa tibi, alii que communis, potes ex licentia Prelati procurator designari, vt decidatur manifeste, & tradit ibi Gloria. Innocent. Hofstiens. Ioann. Andr. & ali. Pro defensione vero cogitorum, nisi notabiliter egeniæ haec officia sufficienda non sunt: quia non decet Religiosos cognitorum negotios implicari, neque non vilitas; sed dannum ex tali occupatione monasterio accedit; sic pluribus fitmat Sanch. dicit lib. 6. sum. capit. 13. numer. 24.

3. Notandum dixi in iudicio, nam esse Adiuvatum, vel Procuratorem exira, non est per se prohibitum, cum expressè dicti textus in cap. monach. cap. ex parte, de procuratione, & adiutorione in iudicio loquuntur ut opinio probat Sanchez lib. 6. sum. cap. 13. num. 37. Quocirca licentia est Religiosus etiam Franciscanus ( dum à suo superiori non sunt prohibiti ) verbo, vel scripto rogare iudicem, ut favorem praestet licenti; quantum, æquitas permiliter, tum concedendo terminos, tum admittendo testes, tum in favore eius sententiam pronunciando, etiam si ad predictum effectum iura partium allegent, quia ea allegate potest privatum, & extra iudicium. Que allegatio, vt docet Bart. leg. 18. Aduocatos num. 2. 3. & 4. ff. de varia, & extrordin. cognitionib. & Abbas Rub. de postulando num. 1. non est Adiuvatum, vel procuratorem, & ita tener Bart. & Abbas locis allegatis. Sylph. verbo Aduocatus que. 1. Rosella. Angel. Taberna solis initio. Bernard. Diaz. præt. canon. cap. 62. numer. 2. Sanchez lib. 6. summa. cap. 13. num. 32. & 37. Layman. lib. 4. sum. tradit. cap. 11. n. 2.

4. Dixi, dum à suo superiori non sunt prohibiti, ut inde inquinare licentiam, facultatem superioris ad adiuvandum, vel procurandum extra iudiciale non esse per se regulatam ( tametsi contrarium sentiat. Sanchez dicit cap. 11. num. 3. & Layman. cap. 11. num. 2. ) Non enim video textum, quem hac licentia expostuleat. Nam vi pitem Sanch. probat numer. 37. omnes textus prohibentes adiuvationem, & procurationem, de iudiciale loquuntur: quia in his processu occatio distractio invenitur. Neque ex quo hæc licentia requiritur ad munus testamentariorum sufficiendum, & exequendum, inferendum est ad predicta hac officia requiri. Quia ex viº casu ad alium non est extenso in legibus facienda; præcipue cum adeat diuersa ratio: i. quippe officium testamentariorum iudicio vicinum est obligacionem redditandi rationem. Et item multe cursus, & obligationibus implicatum, tum vendendi bona defuncti, tum satificandi creditori, tum exequendi legata, quae in adiuvatione, & procuratione extra iudiciale non procedunt.

5. Sed non modica est difficultas: an hac prohibito ita stricta sit, vt neque in una, vel altera causa liecas Religiosus adiuvare, vel procurare in iudicio; Et eadem questione ad officio iudicis. Negat Angel. verbo Aduocatus numer. 9. Nauar. com. 2. de Regularibus num. 66. Salzido præt. cap. 17. & 63. Sayro clavi regia lib. 12. numer. 1. & ibi Salzido. Bernard. Diaz. præt. canon. cap. 17. numer. 1. & ibi Salzido. Mougnut, quia sufficiens defendantiam vnam, vel aliam castam non est absoluere Aduocatus, vel procurator, neque in rigore Aduocati, vel procuratori officium habet, hoc enim officium, ut constat ex communis modo loquendi viua, continuum adiuvandi, & procurandi expollat. Ac textus in cap. monach. 16. que. 1. & cap. ex parte de postulando. & Clem. 2. de Procuratibus prohibet eam adiuvationem, & procurationem, quae verè adiuvatum, & procuratorem constituit, & ratione cuius dici potest eam exercens officium Aduocati, & procuratoris habere. Ego suscepio viuin', vel Alterius causa bisuter expeditio prohibita non est.

Nilolumit

DE  
ASTER  
PALA  
TOM  
I